Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6987
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>



f 85
88

dixit ad regem Ecce rex coram te probaui melio
valere naturam quam nutritura Ad hoc rex Sa
lomon ait proincite eum a aspectu meo et si am
plius venerit dimittite super eum omnes canes meos
Tunc Marcolfus ait Nunc pro certo dico quia
ibi est mala curia vbi non est iustitia Cumque
expulsus fuisset Marcolfus de curia rex cepit
intra se dicere Nec sic nec sic sapiens Salomon
de britone Marcolfo patrem habebit De astu
cia marcolfi contra salomonem.

Cap 6

Vt secuti autem die Marcolfus de suo lecto sur
gens cogitabat quomodo in curia regis intrare pos
set sic ut canes regis eum non comederent et
statim abiens emit leporem viuum et posuit
sub veste sua sicque reuersus est ad curia regis
Quem cum seruus Salomonis vidissent canes re
tro super eum insecuti Et Marcolfus lepore dimisit
protinus canes Marcolfum relinquentes leporem
insecuti sunt Et sic Marcolfus peruenit ad regem
Salomonem Cumque rex vidisset eum dixit ei Quo
te introiisti Ait calliditas mea non minima
Tunc Salomon dixit caue ne hodie mittas sa
liuam de ore tuo nisi super terram Palatium en
erat stratum tapetis et parietes erant cooper
ti coctinis Cumque Marcolfus minima tussim ha
beret et int' colloquia in eius ore saliua ni
mis abundaret respiciens ad se vidit vnum
hominem calui stantem ante regem Tunc
Marcolfus in angustia graui positus quom